DE PROPRIETATIBUS RERUM

Wien, um 1440 Seite 212r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=287
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

De herbis

Item valet in scia dependente ab humiditate et frigiditate Item valet ad consolidandum et fit eius mixtura cum orobo et fit pulvis et misceatur cum melle et maxime consolidat quia mundificat consolidat et incarnat Item digerit apostemata difficilis resolutionis et dure materie Item valet ad extrahendum spinas et res infixas corpori vinum melle et farina lolii fiat ungentum Item valet in allopicia unde cum melle fiat linimentum Item oleum narcistinum valet mixtum in doloribus iuncturarum et radix eius etc. Item oleum eius est simile oleo sambucino nam talecaput excitat in cal Item si applicetur capiti calido illi nocet et sodam inducit Item valet in adustione ignis unde misceatur cum melle Item provocat vomitum puta eius decoctio etc.

Nardus inter herbas aromaticas numeratur ab Isid. ethymologiarum li. 17º et est herba brevis mi bital spinosa foliis condensa quorum summitates consurgunt in spicas fragili radice sed magna odore huius apressi flos eius tamen propter bonum odorem custoditur et aromatica est in India nascitur et in Siria Indica multiformis est sed Siriaca melior est que si mixtum in orcitas daverit lignea sicut Et sciendum quod de foliis et spicis eiusdem herbe fit ungentum quoddam nardi spicatum dictum eo quod species nardi sit in eo ut quia de foliis et spica nardi sit confectum Sed ex succo eiusdem herbe fit ungentum melius et fidelius priore nardipisticum dictum a nardus et pisti que quod est fidele lingua unde de sancta maria magdalene legitur attulit libram ungenti nardi pistici preciosi etc. et fit hoc ungentum preciosissimum ex spica nardi eo modo quo fit oleum ex iuniperi lignis Item valet contra paralisim apoplexiam epilensiam arteticam et podogram si exco patiens inungatur Est autem nardus multiplex Quedam enim dicitur nardus agrestis quedam celtica quedam Indica que et spica nardi Quando autem simpliciter ponitur de spica nardi intelligitur etc.

Nardus agrestis que et nardus romana aut spica agrestis Seu spica romana vocatur scilicet wilt speyg vel remisch speyg

Nardus celtica que et artonilla aut caudi muri leya Seu silinica sive spica celtica vel spica gallica appellatur scilicet speyg vel katzenzagel vel kraut schabel Et nota quod saliuncam accipimus pro spica celtica in antea alexandri Sed apud presaliunca est rosa canina Nardus celtica dicitur quia in regione celtarum nascitur et valet hec herba adornia ad que valet nardus Indica eius odor sit vtut ut ait mater

Nardus Indica que et futulus aut spica Indica Seu spica nardi sive stagimen appellatur scilicet nardos vel feyn speyg hec agit nardo statos dicitur ut volt Isid. ethymologiarum li. 17º Mater Nardus Indica est ca et sic in primo gradu potata confortat Jecur dolorem stomachi mitigat Aposima illius purgat renes vesicam et urinam Iuvat menstrua pellit hiterum prodest notariis humoribus obstat quos caput ad pectus transmittit sepe prouta punctas aufert et morsus interior potata ventum ventras torsiusum repellit Materie innum restringit subdita fluxum data cum aqua frigida tremorem sedat et cordis nauseam sistit Sumpta cum liquore sepe provocat coitum Coctio eius stere duritias solvit eius fomento per partes inferiores Si oculi hac tepida foveantur a pruriginem liberantur palpebreque pili hii confortantur eadem prestat contra sincopim et cardiacam passionem fiat decoctio nardi indici in aqua rosata addita zuccara fiatque syrupus Contra debilitate vero cerebri naribus applicetur et hoc idem contra frigidum reuma capitis et contra frigus stomachi et lesione viscerum ex frigidis humoribus et opilationem splenis et epatis datur vinum decoctionis eius

Nasturcium quasi nasum torquens quia acrimonia sua nasum torquet Nasum torquentes herbas nasturtia dicitur vel nasturcium dicitur a nasus et sternuto as et est herba hec ca et sic in tercio gradu unde habet consumendi dissolvendi et est nasturcium triplex scilicet agreste aquaticum Ortense Sed quando simpliciter ponitur ortulanum intelligitur

Nasturcium agreste quod et nasturcium silvestre aut cardamus Seu crasson Sive herba guida vel sarmia dicitur scilicet wilde cresse et assimilatur domestico

Nasturcium aquaticum quod et crassonis aut ericonon Seu senecion appellatur scilicet prunnkresse vel wasserkresse unde Isidorus ethymologiarum li. 17º ericonaygreton dicitur quod vere primo senescat unde et latini ca senecionem vocat et nascitur per macerias secundum quosdam Senecion e crassula media

Nasturcium ortense quod et alorff aut damiasceum Seu draganica Sive dorff nominatur scilicet garten kresse Aut Nasturcium tritum cum axungia anseris apponatur capiti castam in scabiem eius sanat Item nasturcium cum farina et aceto mixta et emplastrata super sciaticam infirmum valet Preterea nasturcium cum lacte caprino coctum vel in aqua et in sorbitione datum potenter Iuvat dolorem pectoris Mater Nasturcium coytum prohibet sicut et ruta siccando semen si frequenter sumatur hec recens trita et fomento mixta curat attractas Si super addatur curatque fermentus ysta Emittit saniem cum qua dolor ipse recedit Coctum et adipi anseris tinctum caputque inde unctum pruriginem